

in corpus earum, quoad actus huiusmodi: & sic non sequitur, lucrum per talem usum acquiritur, computandum esse inter bona eorum.

Neque dicas. Quidquid Monachus acquirat etiam turpiter, Monasterio acquirat; ergo quidquid uxorata acquirat, marito acquirat. Nam Religiosus incapax est sibi quomodolibet bona acquirendi. At non sic uxor: quae sicut potest sibi acquirere ea, quae gratiose ei donantur: ita & ea, quae sibi donantur ob adulterium.

XIV. Ex praedictis colligitur: feminam posse quidem recipere, & sibi retinere conditionibus. Prima est. Quod illud accipiat a potestate dare: si enim a non potestate dare recipiat, illicite recipit; & ut fuit opinio probabilior, restituere tenetur. Unde si presum suum turpitudinis accepit a Religioso, tenetur illud restituere Monasterio. Neque valeret, quod Religiosus ille haberet licentiam a suo Praelato expendendi. Quia quancumque licentiam habeat, eam tamen habere non potest, nec illi potest a superiore concedi, ut expendat in turpes usus, sed solum in licitos & honestos.

XV. Secunda est. Quod superflue, aut per dolum non recipiat. Ita S. Thom. hac q. 62. art. 5. ad 2. dicens de feminis impudica: *sed si superflue aliquid per fraudem, vel dolum extorsisset, tenetur eadem restituere.* Notandum tamen est circa *per fraudem*: quod si mulier aliquid supra pretium gratiose accepit ab amato potestate dare, potest ipsum retinere. Circa vero *per fraudem, aut dolum*, observo: dupliciter posse concepti, feminam impudicam posse fraudem, aut dolum aliquid, ultra pretium, ab amato extorquere. Uno modo, solum blanditiis, & amatoris verbis simulatis & fictis: & in hoc casu non tenetur obligata ad restitutionem. Quia cum omnes probe noverint, has esse frequentes meretricum thecas; sibi imputare debet, qui dat, & voluntarie praesumitur ei dare. Si tamen aliquid pretiosum peteret femina ab amato suo, coram aliis personis, coram quibus cogereetur concedere, alias amittere honorem suum, vel si pretium ipsum adigeret: non potest illud recipere, aut acceptum detinere, quoniam involuntarie aliquomodo danti consentire. Ita Mag. Bannez. — Alio modo potest concepti, feminam extorquere per fraudem ab amato suo aliquid, ultra pretium, in ea circumstantia, in qua si amatus detegeret fraudem, non esse daturus: & tunc cum fraudis, & dolus causent involuntarium, non potest femina datum retinere: puta, si fingat se esse virginem, non prostitutam, & ob hoc exigat pretium notabile: si mentiaris dicens, se nullum amatorem admisissem, & ob id multa munera recipiat.

DUBIUM II.

De Donatione, & Acceptioe illicita ratione Materiam, quae est Simoniaca.

S. I.

Quid, quatenus, & an illicita sit Simonia.

I. PRO aequata notitia omnium casuum in materia restitutionis occurrentium, inferere hic placuit praesentem quaestionem, an scilicet, qui dat, aut recipit aliquid temporale pro re, quae non est pretio aestimabilis, quia supra omne pretium est, quales sunt res spirituales; teneatur restituere, tum pretium acceptum, tum rem spiritualement pretio comparatam; & quo jure, ac cui scienda sit restitutio. Quod idem est ac quaerere: an quiddam per simoniam datur, aut recipitur, sit restitutio obnoxium.

II. Simonia ergo sic dicitur a Mago Simone, qui pecunia ab Apostolis Spiritum Sanctum emere tentavit. Act. 8. vers. 18. pro nunc definitur a S. Thoma hac q. 2. qu. 100. art. 1. quod sit *studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituum adnexum.* Dicitur *studiosa* (inquid S. Antoninus) id est, deliberata: nam, sola deliberatione rationis potest committi hoc peccatum; sed non puniuntur in iudicio Ecclesiae, nisi procedat ad extra. Dicitur *emendi, vel vendendi*: quia nomine emptionis, & venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus. Dicitur denique *aliquid spirituale, vel spirituum adnexum*: quia materia simoniae est non solum res spirituales, dum venditur; puta, dona gratuita Spiritus Sancti, Sacramenta, functiones spirituales: sed etiam id, quod est rei spirituum adnexum.

Pro quo adverto cum S. Thom. citata qu. 100. art. 4. Quod aliquid potest esse adnexum spiritualibus dupliciter. Uno modo, scilicet ex spiritualibus dependens: sicut habere Beneficium dicitur spiritualibus adnexum; quia non comparatur, nisi habenti officium Clericali. Unde huiusmodi nullo modo possunt esse sine spiritualibus. Et propter hoc in nullo modo vendendi licet: quia eis vendit, intelliguntur etiam spirituales venditioni subiecti. Quidam autem sunt adnexa spiritualibus, in quantum ad spiritualia ordinantur: sicut jus patronatus, quod ordinatur ad praesentandum Clerico ad Ecclesiasticum Beneficium, & una sacra, quae ordinatur ad Sacramentorum usum. Unde huiusmodi non respiciuntur spiritualia; sed magis ex ordine temporis procedunt: & ideo aliquid modo vendi possunt, non autem in quantum sunt spirituales adnexa.

III. Simonia alia est contraria iuri naturali, & divino; alia solum iuri Ecclesiastico. Prima, quae est prohibita, quia male committitur, quando res temporalis datur pro re ex natura sua spirituali; vel pro re spirituali adnexa, ut explicatur tempore est. Secunda vero committitur, quando, licet non de-

ter res temporalis pro spirituali, aliquid tamen simile committitur; & ideo est solum male, quia prohibita. Huius generis simonia est permissio Beneficiorum absque autoritate Superioris. Tunc enim licet non detur temporale pro spirituali, sed spirituale pro spirituali: quod licet non sit in se malum, & intuitu illius commodi temporalis, quod est beneficium adnexum, & intervenit ibi quadam species contractus, & passionis, similis emptioni, & venditioni: ideo iure Ecclesiae, ad omnem suspensionem tollendam, velet, ne absque autoritate Superioris hoc fiat. *Cap. Quasi, de Cap. Cum olim, De Res. permutat.* Simonia quoque iure Ecclesiastico vetita est, quando Beneficiorum praesentationes, collationes, institutiones, sunt cum pacto, conditione (quamvis forte licita) contra prohibitionem Ecclesiae, quae omnia ista prohibet, velur simoniam redolentia. *Cap. Accipimus, de Paeonibus, Tit. de Paest. Cap. Quasi, De Res. permutat.* *Cap. Quam pro, 1. qu. 2.* Ubi Pontifices omnem conventionem, omnemque pactitionem cessare volunt in spiritualibus acquirendis. Item simonia iuri Ecclesiastico contraria est, quando aliquid venditur, quae est nihil spirituale continent, nec proprie ad spirituale ordinantur; sunt tamen officii ad temporalem Ecclesiae administrationem instituta: ut *Economus, Vicedominus, Sacerdos, Advocatus, Judex, &c.* Honor enim venditio velur simonia prohibetur. *Cap. Salvo, 1. qu. 3.* ex Concilio Chalcedonensi. Ad hanc pertinere volunt multi peccatum, quod Examinatores ad Ecclesiam Parochiales deputati committuntur si occasione examinis ante, vel post aliquid accipiant, & similiter illi, qui dant. Et hoc ex Trident. *Sess. 24. Cap. 18.* & alia, quae omitto.

IV. Non latet, aliquos esse, qui distinctionem illatam non approbant; examinatores, nullam esse simoniam, quae iure tantum humano prohibetur. Verum discordia videtur esse de nomine. Nec enim dicimus, quod aliquid sit simonia vere, & proprie talis, seu cui vera ratio simoniae directe conveniat, & tamen solo jure humano prohibetur: sed dicimus, esse aliquid vicium habens umbram, & imperfectam similitudinem simoniae, quod, ac si esset simonia, a jure humano interdiceretur. Et hoc praesenti consilio: ne scilicet homines ejsmodi frequentando, ad veram simoniam iure naturali, & divino veritatem, paulatim affluerent.

V. Simonia insuper, alia est realis, alia mentalis. Realis, quae scilicet est completa, est illa, quae expressis, vel tacite pactum est de temporali pro spirituali; & huiusmodi pactum est ex utraque parte executioni mandatum, saltem quantum ad aliquam partem, quae erant promissa. Ut enim sit realis, non est necesse, quod totum temporale promissum sit solutum, vel omnia spiritualia, quae promissa erant, sint tradita; sed satis est quod utrinque aliquid sit traditum. Mentalis vero simonia est, quae solo animi consensu perficitur, absque ulla conventionis expressa, vel tacita. Et haec est duplex. Alia pure mentalis: & est merum, & internum desiderium aliquid temporale dandi, vel accipiendi pro re spirituali; nihil tamen datur, vel accipitur, quia non est, qui velit vendere, aut emere, Alia non mere mentalis: quae scilicet, esto nullam intercesserit pactum, aliquem tamen sortitur effectum ejus prava voluntas. Ut si Petrus habens jus nominandi ad Beneficium, nominet de facto eum, a quo sperabat aliquod temporale se consecuturum; quem non nominaret, nisi talis licet spes accederet.

VI. Alia simoniae species assignatur, quam vocant conventionalem. Et est, quando mentali simoniae additur pactum, sive expressum, siue tacitum de re spirituali, sive emenda, sive vendenda; sed ille contractus non est executioni mandatus ab utraque parte. Et est duplex. Alia pure conventionalis, & est, quando facta conventio, nihil revera datur, aut accipitur, puta, quia actum intuitus retrahatur. Alia non pure conventionalis; & est, cum ex una parte perficitur pactum, quia intuitus datur spirituale, sed non datur temporale promissum; vel datur temporale, sed non datur spirituale; & haec appellari potest simonia *semiplena*, seu realis *incompleta*. His pro aliqui notitia deglutant.

VII. Simoniam esse illicitam probat S. Thom. 2. 2. qu. 100. relata art. 1. in Corp. sub hoc forma. Actus qui cadit supra materiam indebitam ex genere suo, malus est, & illicitus; sed simonia ex genere suo cadit sub materiam indebitam, nempe, supra res spirituales, quae sunt materia indebita emptionis, & venditionis; ergo est mala, & illicita. Min. probat S. Doct. triplici ratione. Prima: *Quia res spirituales non potest aliquo tempore gratis committi: sicut de simonia dicitur, Prov. 23. vers. 15.* Pretiosior est candidis oculis; & omnia, quae desiderantur, huic non valent comparari. Ideo etiam Petrus in ipsa sui radice Simoniae praedicantem condemnans, dicit, *Actus, 8. vers. 20.* Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei eximiam pecunia possideri. Secunda: *Quia id non potest esse debita venditionis materia, cuius venditor non est dominus.* Prelatus autem Ecclesiae non est dominus spiritualium rerum, sed dispensator, secundum illud 2. ad Cor. 1. ad 24. Sic nos eximiam homo, ut ministrus Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Tertia: *Quia venditio repugnat spiritualium originibus, quae ex gratuita voluntate Dei proveniunt.* Unde *Dominus dicit, Mat. 10. Gratis accipitis, gratis date.*

Ex quibus patet, simoniam esse illicitam: tum jure naturali, quae vetat vendi, quae sunt invendibilia; & quorum venditor non est dominus, neque a domino accipit possessionem vendendi. Tum jure divino; quia, ut vidimus, est a Deo prohibita; & propter hoc simoniae vitium in Balaam, qui non erat de popu-

populo Israelitico; reprehenditur, 2. Petri 2. vers. 15. Et in *Epist. Iuda*, vers. 11. Gresi quoque, 4. Reg. cap. 5. de simoniae vitio reprehensus, ac punitus fuit. Unde S. Thomas citatus concludit: *Et ideo aliqui emende, vel vendendo rem spiritualement, irreverentiam exhibent Deo, & rebus divinis: propter quod peccat peccato irreverentiae.*

VIII. Nota tamen: Sancti Thomam, dum dicit, res spirituales vendi, & emi non posse, quia ex gratuita Dei voluntate descendunt, non loquitur generaliter; sed de his solum, quae gratiose super naturam nobis donantur, nec in commutationem rerum vitae humanae necessarium veniunt; & in eis peculiariter valet Dei liberalitas, qui donat etiam ea, quae natura non postulat, & quae omnino supra naturam sunt, ideoque supra omne temporale pretium. Quapropter qui vellet illa emere, vel vendere, donum contemneret, & injuriam faceret donatori.

Neque est simile de equo mihi donato, quem tamen possum vendere. Nam equus in primis est res temporalis pretio vendibilis; res autem spirituales sunt supra omne pretium. Deinde: vi donationis equi, evadit dominus equi; ideoque de illo possam disponere: donorum autem supernaturalium nemo est dominus, nisi solum Deus. Imo talia sunt, ut nulla humana industria acquiri, nec haberi possint; nisi ex gratuita Dei auctoritate gratia manifestata: ideoque omnino gratis accepta, omnino gratis sunt danda. Et qui oppositum sentiat, haereticus simoniacus esse. Unde Gregorius VII. *Cap. Presbyter*, 1. qu. 1. & *Greg. Altare*, 1. qu. 3. *Altare* (inquit) vel dominus, vel Spiritum Sanctum amare, vel vendere, simoniacam heresim esse nullis Videndum ignorat.

S. II.

An Simoniacus teneatur Restitutioni.

I. Deo. Quidquid per simoniam acquiritur est, sive pecuniario pretio, sive manere equale, restitutori obnoxium est: ut nec qui spirituale emittit, retinere illud potest; neque pretium, ille, qui vendit. Ita S. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 6. cuius ratio est. Nullus potest licite retinere id, quod contra voluntatem domini acquiritur: pura, si aliquid disponatur de rebus domini sui daret. Alii contra voluntatem, & ordinationem domini sui; ille qui accipere, licite retinere non possit. Dominus autem, cuius Ecclesiam Praelati sunt dispensatores, & ministri, ordinavit, ut spiritualia gratis darentur, secundum illud, *Matth. 10. Gratis accipitis, gratis date.* Et ideo qui munus interponit spiritualia quancumque assequitur, ea licite retinere non potest.

X. Ex quo colligitur: omne Beneficium simoniace acceptum semper esse dimittendum. Quod repetit ibi ad 2. sequentibus verbis: *hoc, quod aliquid prorexit et, quod accipit, non solum est pura peccata; sed etiam quandoque est effectus acquisitionis injustas pura, cum aliqui emittit non aliquid ab eo, qui vendit, sed non potest.* Sed qui simoniace accepit Beneficium, illud accipit, & emit ab eo, qui illud vendere non potest, ut ex S. Thom. ostensum est; ergo &c. Qui proinde haec valde notanda subjungit: *Et ideo si aliquis scierit, & propria sponte simoniace accepit Ordinem, vel Beneficium Beneficium; non solum proximo eo, quod accepit, ut scilicet carere executione Ordinis, & Beneficium regere, cum fructibus inde perceptis; sed etiam ulterius puniuntur, quia necesse infamia. Et teneatur ad restituendos fructus, non solum perceptos; sed etiam eos, qui percipi poterunt a possessore diligenti. Quod tamen intelligendum est de fructibus, qui superflui; & deductis expensis factis causa fructuum, exceptis fructibus illis, qui alias expensis sunt in utilitatem Ecclesiae. Si vero eo scelerato, nec volente, per alios alicuius promotio simoniace procuratur; carere tamen Ordinis executione, & teneatur restituere Beneficium, quod est consecratum, cum fructibus extraneis; non autem teneatur restituere fructus consumptos, quia bona fide possidit: nisi forte inimicus ejus fraudulenter pecuniam daret pro alicuius promotione, vel nisi ipse expressis conventionalibus. Tunc non tenetur ad restituendum, nisi forte postmodum pacto confiteretur, solvendo quod factu promissum. Haec S. Thom.*

XI. Sed dices. Ordo simoniace collatus tenet; ergo etiam Beneficium simoniace acceptum.

Nego contra. Essi enim in Ordinatione contingit committi simoniam; si tamen habuisset intentionem ex parte Ordinantis facienti, & ex parte Ordinati accipienti id, quod tali ritu facti Ecclesiae, & cetera ex institutione Christi perficiantur; validum est Sacramentum, & imprimatur character, & ideo Ordo tenet. Sed quia taliter Ordinatus quasi furtive suscepit contra officium Domini voluntatem, qui quidem Sacramento dedit efficaciam, si fiat ea, quae ipse facienda instituit, sed vetuit sic conferri; ideo, nec Sacramento gratiam recipit, nec Ordinis executionem. Et ideo est ipse iure suspensus; & quoad se, si scilicet de executione sui Ordinis se non intermisciat; & quoad alios, ut scilicet nullas ei communicet in Ordinis executione, si se peccatum ejus publicum, siue occultum. Ita S. Thom. hoc art. 6. ad 1. At in collationibus Beneficiorum nihil est, quod faciat eas esse validas, si fiat simoniace: cum ibi nulla sit characteris impressio, sed sola rei spiritualis contra voluntatem domini emptio, & venditio.

XII. Si rursum dicas, collationem Beneficiorum simoniacam fieri quidem contra voluntatem domini: sed postquam est facta, non agi contra voluntatem domini, si restituatur, modo bene administratur.

Respondetur, neg. assumptum. Nam derogatio rei injuste acquiritae, & ejusdem rationis est cum injusta acceptioe: & sicut

peccat contra iustitiam, qui rem alienam accipit, invito domino; ita etiam, qui sic accipiam detinet, ut docet S. Thom. 2. 2. qu. 62. art. 8. & qu. 66. art. 3. ad 2. — Confirmo primo. Quod per contractum iniustum acquiritur, ex natura rei obnoxium est restitutioni: sed quod acquiritur simoniace, acquiritur per contractum iniustum, qui venditur id, quod est invendibile, aut cuius venditor neque habet dominium, neque domini consensum; ergo sic acceptum debet derelinqui. — Confirmo secundo. Per contractum, qui revera est nullus, non transferuntur proprietates: sed collatio Beneficiorum simoniace est contractus nullus, cum neque venditio subsistat, nec adit donatio gratuita; ergo per eam non transferuntur dominium; ergo oportet illud relinquere.

S. III.

Quo Jure Simoniacus obligetur ad Restitutionem.

XIII. UTE Pontificio inesse obligationem est, qui simoniace accepit, vel contulit Beneficium, illud statim dimittendi, nulla expectata iudicis sententia, certo certius est; Sacri enim Canonis, & Pontificiae Constitutionis, neldum Excommunicationem late sententiae, suspensionem ab Ordinatione executione, & Beneficiorum administratione decernunt in eos, qui Beneficium simoniace adepti sunt, aut contulerunt, & quae absolute nequeunt abolvi nisi Sede Apostolica, ut statuit Martinus V. Constit. qui incipit: *Multa*, edita in Concilio Constantiensi: Paulus II. Constit. qui incipit: *Cum deservibile*, inter Extravagantes communes, tit. de Simonia, quam Sixtus IV. Leo X. in Concilio Lateranensi V. & S. Pius V. Constit. qui incipit: *Cum primum*, confirmarunt. Quam Excommunicationem &c. incurrunt quicumque simoniam in ingressu Religionis commiserunt, tam dantes, quam accipientes, secundum Extravag. *Sane*, Tit. de Simonia, quae est Urbani V. quin & ipsi sacilege nundinationes in Sacris Ordinationibus, collatione Beneficiorum, & religiosae professionis mediatore, ut ex Constit. Pauli II. & Martini V.

Verum etiam Beneficiorum, aut Pensionum collationem simoniace factam prorsus invalidam esse decernunt: a quoque teneant, tam qui Beneficium hac via contulit, quam qui susceperit, sive etiam Pensionem, ille pretium acceptum restituere, ille vero Beneficium, aut Pensionem dimittere, omnemque sequens ab eo perceptos restituere. De eo enim qui Beneficium simoniace accepit, habetur in Extravag. Pauli II. *Cum deservibile*, a S. Pio V. confirmata, Constit. qui incipit: *De Simoniaca*; & in Concilio Rothomagensi, anno 1562. *Tit. De Episcoporum Officiis*, S. 13. Quae ante docuerat S. Thom. supra laudatus. De eo autem, qui pro Beneficio conferendo pretium accepit, teneri pretium illud restituere; colligitur ex Alex. III. *De hoc*. Qui scribens Toletano Archiepiscopo, ait: *Regem autem, & Principes ejus ab hoc inducere, ut si qui receperint a Praefato Episcopo (Oxonien) ut ejus electioni praesertim assensum, Ecclesiae Oxoniensi sine diminutione restituant: cum hoc sine gravi saluti sui periculo restituere non possunt. Idem statuit Innocentius III. *Ca. Advidimus*, Tit. de Simonia. Quam restitutionem faciendam esse etiam ante iudicis sententiam, probabilis est.*

XIV. Difficultas est non modica: an etiam de jure naturali, & divino restituito scienda sit, tum a simoniaco venditore, tum a simoniaco emptore. Quia in te non una est Doctorum sententia. Quidam enim sentiunt, nec simoniacum collatorem, nec receptorem teneat jure naturali, & divino; sed tantum jure Ecclesiastico. Quidam de simoniaco collatore concedunt, teneri jure naturali, & divino; de simoniaco vero acceptore id negant. Quidam vero sentent, jure naturali, & divino ad restitutionem obligari utrumque, tam simoniacum collatorem, quam receptorem.

XV. Dico. Probabilis & forte verius senteo, jure naturali, & divino ad restitutionem teneri, tam simoniacum collatorem, quam simoniacum acceptorem. Ita colligo ex S. Thom. 2. 2. tum qu. 32. art. 7. ubi loquens de illicite acquisitis: *Quia scilicet alter contra iustitiam accepit, & aliter contra iustitiam dedit; sicut contingit in simonia, in qua dant, & accipiunt, contra iustitiam divinae legis agit.* Tum qu. 62. art. 5. ad 2. ubi docet, quod uno modo aliquid datur illicite: *Quia ipsa datio est illicita, & contra legem, sicut patet in eo, qui simoniace aliquid dedit: unde non debet ei restituito fieri de his.* Et quia etiam ille, qui accipit, contra legem accipit, non debet sibi restituere, sed in pios usus convertere. Tum qu. 100. art. 6. ad 1. de simoniaco emptore dicit, quod *Nec potest restituito pecuniam, quam turpiter dedit, licet alius injuste destinet.* Si ergo datio, & acceptio simoniace est contra iustitiam, & contra legem, & rei natura obligat ad restitutionem.

XVI. Ratio etiam id suadet. Nam vendens, & emens rem, quae ex natura sua, & etiam ex voluntate domini non potest vendi, nec emi, faciunt contractum jure natura nullum: & vendens eodem jure tenetur restituere pretium rei, emens autem tenetur rem emptam dimittere: sed simoniaco collator vendit rem, quae ex natura sua, & voluntate Dei non potest vendi; & qui eam emit, rem emic, quae ex natura sua, & voluntate Dei non potest emi: ergo ipse jure facit uterque contractum nullum.

Confirmatur. Contractus, qui cadit supra materiam essentialiter incapaxem pretii, est ex sua natura nullus: quia enim contractus usurarius cadit supra materiam essentialiter incapaxem lucri: est jure naturae nullus; & quia contractus Religiosus profecti cadit supra personam essentialiter incapaxem

illis contractus; ipso iure naturaliter nullus: sed contractus empionis, & venditionis simoniace cadit supra materiam essentialiter incapax pretii corporalis; cum cadat supra rem spirituale, que in humanum commercium venire non potest; ergo &c.

XVII. Probatur autem specialiter, etiam simoniace recipientem, iure naturali, & divino teneri restituere, quod simoniace accepit (hoc enim multi negant) tum ex D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3. ubi ait: *Hic, quod aliquis propter eos, quod accepit, non solum est peccatum peccati, sed etiam quodlibet est effectus acquisitionis iniuste: puta, cum aliquis rem aliquam emat ab eo, qui suadere non potest.* Si ergo pretium Beneficii simoniace accepit non solum est peccatum peccati, sed est effectus acquisitionis iniuste, qui rem emat ab eo, qui vendere non potest; sequitur, quod non iure tantum Ecclesiastico, sed & naturali simoniace emptor debeat Beneficio privati, sed & naturali Beneficio Doctore, Beneficium acquisitionem per simoniam, infelice eo, cui collatum est; cum, qui illud obtulit, nihil simonia cognovit, in foro conscientie dimittendum esse. Signum ergo est, quod acquisitionis simoniace peccatum, ipsa natura rei, quia res spiritualis pretio emi non potest, nec solum vendi. Spirituale enim & gratiosum non solum definit esse gratiosum, quia non gratis datur; sed qui non gratis recipitur. Unde Leo Papa: *Gratia (inquit) si non gratis datur, vel recipitur, gratis non est.*

XVIII. Sequitur etiam, iuri divino repugnare, qui simoniace accepit. Nam Christus dicens, *Matth. 10. ver. 8. Gratia accipite, gratis date, utrumque vetulit, & non gratis datur, sed pretio, & non gratis accipere.* Non enim minorem injuriam inferat gratis, & Deo, qui rem spirituales, & gratiosas emat, quam qui eam vendit. Gratia quidem: quia putat, esse pretio estimabile, quod supra omne pretium est; Deo etiam; quia Deus vult, gratiam suam sibi soli debere, qui solus est Dominus: qui autem emat, proficitur, sed non a Deo, sed ab ipso venditore recipit. Quare & Petrus obijuravit Simonem, qui pecuniam obtulit, ut acciperet Spiritum Sanctum, ait Act. 8. ver. 20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam dicitur: Qui recipit beneficii simoniace accepit, & alter contra iustitiam dedit.* *te qua datur. Et accipiens, contra iustitiam legis divina agit; unde non debet fieri restitutio ei, qui dedit, sed debet in eleemosynas erogari.* Quare Alexander VII. damnavit propositionem, nu. 22. que asserbat: *Non est contra iustitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis.*

Rorro, quod Elifus nihil dixerit Giezi de restitutione facianda, non arguit, eum non fuisse obnoxium restitutioni; tum propter simoniam, tum propter dolum, quo mentitus fuit Naaman. Nisi forte dicatur, quod Naaman liberaliter ea munera concesserit pro Elifus; qui ea nolens accipere donaverit Giezi, velut eis, ac liberis ejus necessaria; eo quod tam ipse, quam posteri ejus futuri essent leprosi.

XX. Dices secundo, qui dat simoniace pretium, voluntarie dat, & vere transferit dominium rei, quam dat; ergo qui accipit, non tenetur iure nature restituere pretium, quod accepit, cum vere dominus illius factus sit.

Respondet primo, invitando argumentum sic. Qui solvit usuras Usurario, voluntarie solvit; & tamen Usurarius non acquirit dominium, & iure nature tenetur restituere. Respondit ergo secundo, quod sicut iniuste agit, qui cum debet dare pecuniam gratis, ex precepto Christi, Luc. 6. ver. 35. *Matiam date, nihil inde sperantes;* exigendo usuras vendit rem, que nihil valet, quia nihil est: ita iniuste agit, qui vendit rem, que omni pretio plus valet, & quam ex precepto Christi dare debet gratis, Matth. 10. ver. 8. *Gratia accipite, gratis date.* Ideoque qui dat, est voluntarie det, iniuste dat; & iniuste recipit, qui recipit, & uterque dimittitur tenetur: qui accipit, pretium quod accepit; & qui pretium dedit, rem, quam pro pretio obtinuit, ut ex Div. Th. 2. 2. q. 32. art. 7. observatum est.

XXI. Sed infabris. Est qui Beneficium simoniace, & pro pretio dispensavit, iure naturali, & divino tenetur restituere pretium: non tamen eodem iure tenetur Beneficium dimitttere, qui Beneficium pretio obtinuit; ergo &c. Arg. probi. exemplo iniusti dispensationis, cui cum dominus precepit, ut puta, triduum suum dispenseat pauperibus; ipse tamen pro illo triduo exigit pretium. Is enim esto tenetur ex natura rei, & precepto domini pretium iniuste exactum restituere; pauperes tamen, qui gratis fuerant accepturi, est pretium pro triduo respondent, non tenentur triduum pretio acceptum dimitttere. Idem dico de Usurario, qui licet tenetur restituere usuras, quas ex mutuo recepit: qui tamen eas solvit, ad nihil tenetur, si alia via pecuniam habere non potuit: quia si solum intendit suam necessariam consulere; ergo licet simoniace collator, qui contra domini voluntatem rem gratis dispensandam, pretio vendit, peccat contra iustitiam; & ideo pretium restituere tenetur iure naturali, & divino: non tamen eodem iure tenetur, qui gratis accepturi erant (si

pretio illam emerint) rem pretio emptam dimittere, quam aliter habere non poterunt.

XXII. Propter hoc, & similia multi docent, eos qui Beneficium pretio, vel munere, ideoque simoniace accepit fuisse, Beneficium pretio, aliter obtinere non poterunt; non quia ceteroquin idonei, aliter obtinere non poterunt; non tamen iure naturali, ac divino illud dimittere, sed solum iure Ecclesiastico cassate hujusmodi collationes. Atamen, stando in dictis.

XXIII. Respondet, neg. ant. Ut enim ex D. Thom. observavimus in simoniace actione tam inique agit, qui accipit, quam qui dat; ex actione autem iniusta ex utraque parte, sequitur ex natura rei obligatio restituendi ex utraque parte. Nec contrarium evincunt exempla allata. Alioquin sequeretur, quod sicut non peccat pauperes, dantes pretium iniuste dispensatori pro critico, sibi ex voluntate domini gratis erigendo; nec peccat qui solvit usuras Usurario, dum alia via nequit habere pecuniam, ut sua consilium egerat: ita nec peccaret, qui alia via non posset obtinere Beneficium, vel rem spirituales, si pro obtinenda pecunia daret. Cuius tamen oppositum sentit S. Thom. Nam 2. 2. q. 78. art. 4. & alibi docet, licite posse hominem ab Usurario parato, ut subserviat proprie indigentie, accipere mutuum, solvente usuras; ex alia vero parte eadem 2. 2. q. 90. art. 2. ad 1. asserit, quod si quis nulla alia via posset obtinere Baptismum, nisi pretium solvente; etiam si immineret ei mortis periculum, nullo modo debet pretium pro Baptismo dare, sed potius abique Baptismo decedere.

Dico ergo, in exemplis allatis iniustitiam committere solum dispensatorem tritici, & Usurarium; non vero pauperem pretium dantes pro tritico: sicut nec qui non potens habere pecuniam, ut subserviat sui indigentie, nisi ab Usurario, solvit usuras. Ideoque neque illic, neque illic, sicut non peccat, ita ad nihil tenetur. At in simoniace collatione non solum iniustitiam committit qui dat, sed etiam qui recipit: cum non minus iniustum sit, rem sua natura inveniendam pretio emere, quam vendere; & non minus contra voluntatem domini agat, qui pretio emat, quam qui vendit rem, quam dominus vult dari gratis; ideoque contractus ex utraque parte iure naturali, & divino est nullus. Quod ex eo etiam constat: quia ubi iniustus dispensator, qui vendit pretio triticum, quod debetur gratis dante pauperibus, tenetur ipsi pauperibus pretium receptum restituere; & Usurarius restituere tenetur ei, qui usuras solvit: simoniace dispensator debet pretium simoniace restituere, non tamen ei, a quo accepit: si enim nec debet sui retinendi rem simoniace habitam, nec exigendi pretium pro eo obtinendo datur, ut docet S. Thom. qu. 100. sepe citata, art. 2. ad 3. & hoc non solum poena peccati, sed etiam effectus acquisitionis iniuste: peena; cum aliquis emat rem alienam ab eo, qui vendere non potest.

XXIV. Dices tertio. Si qui simoniace accepit, tenetur iure divino, & naturali, quod accepit dimittere; Papa in contractu simoniace dispensare non potest, faciendo, ut qui simoniace Beneficium accepit, illud restitueret: sed hoc est falsum, cum S. Thom. citat qu. 100. art. 6. ad 7. doceat oppositum; ergo &c.

Respondet, nego min. Non enim S. Thomas dicit, Papat posse dispensare, ut quis restituat Beneficium simoniace acceptum, sed, secuta renunciatione Beneficii simoniace accepti, possit de novo conferre illud Beneficium, quod simoniace accepit: dispensando nimirum super inhabilitate, quam contraxerat, ad illud, vel alia Beneficia obtinenda. In eo (inquit S. Thom.) qui est Beneficium simoniace scienus, solus Papa potest... dispensare: ita tamen, quod prius abrenunciaverit, quod simoniace accepit, & tunc dispensationem consequatur.

XXV. Dices quarto. Si qui simoniace accepit, iure divino, & naturali tenetur restituere, quod accepit, etiam si Beneficium mentalis id tenentur scire: sed hoc negat S. Th. hac qu. 100. art. 6. ad 6. dicens: *Quod Deum sola voluntas facit simoniacum: sed quoad poenam Ecclesiasticam exterioriter non punitur, ut simoniace, ut abrenunciare tenentur: sed debet de mala intentione pariter; ergo &c.*

XXVI. Respondet, neg. min. Cum enim ex doctrina S. Thom. allata contractus simoniace sit iure nature invalide, qui simoniace aliquid accepit, invalide accipit, ideoque illud relinquere tenetur: sicut & Usurarius, etiam si mentalis, retinere non potest id, quod per usuras acquisivit. Neque oppositum sentit D. Thomas. Solum enim vult, quod qui sola voluntate committit simoniam, aliquid accipiendo, non punitur poena Ecclesiastica; ut ex vi precepti Ecclesiastici tenetur restituere ea, que accepit. Cum hoc tamen bene considerat, quod aliunde renuntiare tenetur; quia licet Ecclesiastica, que interna non iudicat, hoc non preceptis sui tamen nature hoc ab eo possit, — Dicit etiam non potest peccata Ecclesiastica, sed effectus iniuste acquisitionis, ut docet enim Sanctus Thomas ad 3. Alioquin sequeretur, quod in simonia tentant, nedum non tenentur restituere ille, qui accepit, sed nec tenentur restituere illi, qui dedit: quod tamen ex Adversariis multi negant, — Dicit etiam possit, S. Thomam loqui de eo, qui solum habuit voluntatem simoniace acquirendi, nihil tamen de facto dedit: hic enim certe non debet renuntiare: sed debet de mala intentione pariter.

S. I.
Cui Simoniace debeat Restituere.

XXVII. Dico primo. Beneficium simoniace acceptum restituendum est in manibus Collatoris, nempe Prælati, vel Ecclesie, ad quam spectat, debet insuper omnes fructus inde perceptos eo modo, quo supra, §. 2. nu. 10. ex D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 3. observavimus: & hoc non solum est poena, sed effectus acquisitionis iniuste. Videatur ibi dicta.

XXVIII. Dico secundo. Pretium simoniace acceptum, quando, vel non sequitur collatio Beneficii, vel ante collationem pactum dissolvitur, restituendum est ei, qui dedit. Si vero & pretium sit acceptum, & Beneficium collatum; pecunia restituenda est, non ei, qui dedit, sed Ecclesie, vel pauperibus: idque etiam ante iudicis sententiam. Prior pars communis est. Et colligitur ex Cap. *Directus*, 1. *Tit. de Simonia*. Ubi cum quidam Archidiaconus pollicetur se non molestarum alium in suis Beneficiis; & accepisset pecuniam, iure tamen servare promissum; Celestinus III. jubet, eum restituere, quod accepit. Et hoc, ut ait Glossa ibi, maxime verum est, quando pecunia datur ad redimendam vexationem. In quo notanda est doctrina S. Thom. sepe laudata, qu. 100. art. 2. ad 5. dicens: *Quod nequam alicui acquiratur ius in Episcopatu, vel quocunque dignitate, vel Beneficio, per electionem, vel provisionem, seu collationem; simoniace est: adversus hanc obligationem peccata, voluntate: si enim per pecuniam pararet sibi viam ad rem spirituales obtinendam, sed postquam ius alicui jam acquisitum est, licet per pecuniam iniuste impedimenta: contrario.*

XXIX. Secunda vero pars probabilior videtur, & coherentis dictis Superioris. Quod enim restituito faciendâ sit ante sententiam Iudicis patet. Tum quia: qui pecuniam sic accepit, eam accepit contra iustitiam divine legis scire: etiam qui eum dedit; ergo ipso facto cum restituere tenetur. Tum etiam: quia sic Ecclesia intelligit. Nam, *Cap. de hoc Tit. de Simonia* vult Reges, ac Principes induci, ut que acciperent pro electione Episcopi, restituant Ecclesie, absque diminutione; pro progressu, quod sine gravi fuit periculo eo retinere non possunt. Et C. *Advidimus* eodem tit. præcepto Episcopo, ut in quorum fuerint soluta dispendium; non est autem verisimile, quod hæc a talibus requiratur soluta. Scienda post sententiam Iudicis: cum ordinarie non sit aliquis Iudex, qui Reges, Principes, aut Episcopos de hujusmodi condempnet.

XXX. Quod vero restituito non sit faciendâ ei, qui dedit, sed Ecclesie, & pauperibus, traditur a Div. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. his verbis: *Alio vero modo est aliquod illud acquiritur, qui ille quidem, qui acquiritur retinere non potest: nec tamen debetur ei, a quo acquisit; quia scilicet, contra iustitiam accepit, & alter contra iustitiam dedit: si enim contra iustitiam, in qua datur, & accipiens contra iustitiam divina legis agit. Unde non debet fieri restituere ei, qui dedit; sed debet in eleemosynas erogari. Idem docet, qu. 82. art. 3. ad 3. & qu. 100. art. 6. ad 4. Pecunia (inquit) vel possessio, vel fructus simoniace accepta debent restituere Ecclesie, in cuius iniuriam data fuerunt, non obstante, quod Prælati, vel alii quædam de Collegio illius Ecclesie fuerint in culpa: qui eorum peccatum non debet aliis nocere: ita tamen quod quantum fieri potest ipsi, qui peccaverunt, inde commutationem non consequantur. Si vero Prælati, & totum Collegium fuerint in culpa, tunc debet cum auctoritate Superiorum, vel pauperibus, vel aliori Ecclesie erogari.*

D U B I U M II
De Datione Illicita in seipsa ex Parte Danis, & Recipientis.

S. I.
Explicatio Dubii.

I. **Q**uestum præter est de datione illicita, tam ex parte dantis, quam ex parte recipientis; quia est contra legem, & detrimentum inferat alicui, datur tamen pro actione, aut re, que pretio estimabilis est: an scilicet, debitum restitutionis pariat in recipiente: nam de restitutione damni illati alteri, nulla est controversia.

Causa iste multis modis contingere potest. Primo, si detur pecunia Iudici, ut ferat iniustam sententiam; vel Advocato, ob iniustam Clientis defensionem. Secundo, si detur pecunia Sacerdoti, ad occidendum hominem, vel cubile alicui ad perpetrandum scelus; puta, alicui, ut furatur, vel aliud quiddam faciat: contra legem, vel omnia. Clarior tamen gratia exemplum ponemus in Iudice accipiente pecuniam, vel munera pro iniqua ferenda sententia: an tenetur ad restitutionem.

II. Et quidem si ius nature consultatur, nulla apparet obligatio restituendi in Iudice, qui pecuniam accepit, ut iniustam ferret sententiam; ac proinde dationem illam fuisse iure nature validam. Et ratio est. Quia actio hujusmodi, est criminosa, pretio tamen estimabilis sunt; quia non sunt quid gratuiter, & spirituale, sed actioes libere in utilitatem ejus, qui dat, & periculum ejus, qui accipit; ergo si extiterit iure nature, eadem ratio est de muliere accipiente

pretium pro fornicatione, ac de Iudice pro ferenda iniqua sententia, & Sacerdote pro occidendo homine: sed mulier non tenetur iure nature restituere pretium acceptum pro fornicatione, ut vidimus, quia accepit pro re pretio estimabili: ergo &c. — Quarto. Quia alius sequeretur, quod qui pacto iniuste facit, vel acuit gladium pro eo, qui vitæ occidere hominem; teneatur restituere pretium pro suo labore: militem, qui in bello iniuste recipit conquesta stipendia; & vendentem venenum ei, quem scit male eo usurum, teneri pretium, esse iustum, restituere: quod nemo dicit. Quæstio ergo est: an scilicet sic accipiens tenetur restituere iure positivo?

S. I.
Resolutio.

III. Dico. Licet Probabilis sit sententia; negans; Iudicem adhuc iure positivo teneri restituere pecuniam acceptam, ob iniustam sententiam; & idem die de alius casibus; tamen probabilior videtur sententia affirmans teneri. Ita cum S. Raymondus, in *Summ. lib. 2. tit. 5. de Restitutione*, §. 36. cujus sunt sequentia. *Quid si Iudex accepit pecuniam, ut ferret sententiam? Distingue: aut accipit pecuniam, ut iudicaret inique, aut ut iudicaret bene, aut simpliciter, ut iudicaret. In primo casu... tenetur, ut supra dictum est in illis, qui dolo malo: sed pecuniam male acceptam... tenetur restituere, non ei, qui dedit, cum iudicet de re, sed de iustitia injuriam recipit; 2. qu. 1. Can. *Invenimus*. Idem habetur *Leg. Juri Gentium*, ff. *De Restit. Leg. Si Plagi*, ff. *De Verbo obligat. Leg. Generaliter*, & sequentibus, eodem titulo. Ubi tales obligationes irritantur, & dicuntur, nullum inducere obligationem implendi promissum: cumque non nitantur falsæ presumptioni delicti, obligandum in conscientia. Et non solum iura, sed D. Augustinus, in *Epist. 54*. (modo 152.) ad Macedonium, relata *Cap. Non Jures*, 2. q. 5. ait: *Cum autem iudicet, & restituit, qua nec iusta, & vera vendenda sunt, iniqua, & falsum venduntur; multo sceleratius utique pecuniam sumitur a quo sceleratius etiam, quamvis a volentibus datur. Ubi Augustinus dicit, sceleratus pecuniam accepit pro sententia iniusta, ut qui si pro defendenda causa iniusta pecuniam accepisset: eum ergo in hoc casu omnes omni obligent ad restitutionem, si inde, ut multo magis obligetur in hoc casu. Qui prosequitur Augustinus clarius: *Verumtamen si iustitia fuerit confutata injuria dicitur advocato: rade quod accepisti, quando contra veritatem stetit, iniuriam aduisti, iudicem fessisti, iustam causam apprehisti, de falsitate visisti. Et.***

IV. Cui vero faciendâ sit restituito, dicit S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 2. non esse faciendam ei, qui dedit, sed in pios usus eroganda; quod repetit in *al. dist. 15. qu. 2. art. 5. qu. 2*. Ubi docet, quod acquiritum actione illicita, & contra legem prohibentem lucrum, impossibile est, quod iusto datur. Ex hoc enim ipso efficitur aliquis iniuste etiam, & male facti possessor, quod contra legem aliquis habet.

Quare si Iudex pecuniam, quam, pro iniqua sententia accepit, restitueret ei, qui dedit, illicite ageret. Tum quia: ille voluntarie eam, se abjecit. Tum quia: illicite dando; meruit iure spoliarum. Restituenda est ergo, vel ei, qui per tale iniustam actionem, & acceptationem injuriam passus est, ut ait S. Raymondus supra citatus; vel in pios usus eroganda.

V. Quod si queratur: An qui illicite, & propter actum lege prohibentem, dare promittit: puta Iudici, ut iniustam ferret sententiam; vel Sacerdoti, ut hominem occideret: tenetur secuto effectu dare, quod promittit?

Certum est, quod ante crimen potest quis restituere, & recedere a promissione iniqua; & ita qui promittit pecuniam, ut aliquid crimen committatur, potest sine dubio hunc iniquæ conventionis renuntiare: sicut & ille, qui sponte, se crimen perpeturum, ut pecuniam recipere: quia nemo tenetur potest ad committendum crimen, vel cooperandum criminali. Dubium est: an qui promittit, tenetur, secuto effectu, & crimine perpetrato, dare, quod promittit.

VI. **Q**uestum vitis est decidisse Gregorius IX. *Cap. Passiones*, *Tit. De Pænit. His verbis: Passiones fallæ & obre... nullius penitus sunt momenti. Quid etiam de aliis est dicendum, que obviata videntur in animæ detrimentum. Nam vitium iuxta legitimas Sanctiones pænitentie, vel rei turpi, aut impossibiles, de jure, vel de facto nullam obligationem inducit. Si autem, crimine perpetrato, esset obligatio solvendi pretium promissum; talia potest, quorum observatio vergit in detrimentum animæ, & sunt de re turpi, non essent nullius momenti, ut ait Gregorius. Fiver etiam Regula 58. Juris in 6. *Nihil est obligatorium contra bonos mores præsumit iuramentum*. Et Regula 64. *Qui contra jus suum, debent utique pro infectis haberi*. Consentit quoque Jus Civile, *Leg. Generaliter*, ff. *de Verb. obligat. Generaliter novimus, super obligationes nullius esse momenti*. *Leg. Palla*, que, *Cod. de Pænit. Palla*, que contra legem; *Constitutionesque, vel contra bonos mores sunt, nullam vim habere, in iudicariis iuris est*. *Leg. Ex eo instrumento*, *Cod. de Inutilibus stipulationibus*. Omnia que contra bonos mores vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sunt. *Leg. Si Flagitii*, ff. *de Verb. obligat. Si flagitii facti, vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet*. Et alibi. *Quare in iure non datur actio repetendi ea, que ob iniustam actionem promissa sunt.**

D U B I U M I V.

De Datione littera ex parte dantis, illicita vero ex parte recipientis.

§. I.

Varia supponantur.

Q Uodlibet hoc aliis terminis proponitur. An scilicet recipiens aliquid pro actu bono, quem debebat facere, vel pro desistendo a malo, quod debebat omitti, teneatur restituere quod accepit. Puta: an Iudex accipiens pecuniam, ut justam dat sententiam, vel ne det injustam, aut Sicarius, ne occidat hominem, vel quicumque alius, ne committat flagitium: an teneatur restituere, quod accepit.

II. Suppono in hac gravissima quaestione, ut certum, quocumque jure veritatem esse Iudicis, & cuiuscumque justitiae ministro, quocumque munere, etiam sponte oblatorum, recipiendam, ante sententiae pronuntiationem. Jure enim divino veteratur, Deuteronomio 16. v. 19. Non accipiet personam, nec munera: quia munera caecant oculos sapientium, & mutant verba justorum; Ecclesiastico 20. v. 21. Xenia, & dona conturbant oculi Judicium. Quare 1. Reg. 12. v. 3. Samuel: Equitissimi iudex est de me totum Dominus. 2. v. si de munere suspensum munus accipi: & sententiam illal habet, restituamque vobis. Et Isaias 56. v. 23. Principes sui iniquitates fecit sursum: equos deliquit muneribus, sequuntur retributiones pupillis non judicantibus, & eos sine ulnâ non ingrediatur ad illas.

Jure etiam positivo humano prohibetur. Tum Iudicibus secularibus, Leg. Plebiscito, ff. De Officio Praesidis, Leg. Sacer, ff. De Officio Proconsulis, Auli, Novo Jure, Cod. de Pona Judicis, & alibi. Tum Ecclesiasticis, C. Cum ab omni, De Visa & honest. Clericor. Cap. Statutum, De Rescriptis, in 6.

Jure etiam naturae. Quis moraliter impossibile est, ut Iudex, qui pendente lite accipiat ab uno ex litigantibus munera; postea in processu causae, & pronuntiatione sententiae valde non procedat in favorem illius, & praerudicium alterius.

III. Adverto tamen primo: Nos hic non agere de illis donis, quae a partibus gratiose offeruntur: sed de illis, quae exiguntur, & recipiuntur in pretium pro eo, quod facere teneatur: nimirum, quae accipiuntur a Iudice, ut justam sententiam profertur, vel ne profertur injustam: a teste, ne falsum dicat, testimonium, vel, ut verum dicat. Tunc autem munus, ad donum censetur dari in pretium, quando ab ipso ministro explicite, vel implicite petitur in processu causae. Explicite quidem, si hoc in pactum deducit, vel dicat se non futurum, nisi hoc, vel illud recipiat. Implicite autem, quando protractis litis, vel retardat negotium, vel tot vexationes, & molestias parti faciat, ut haec ad redimendam hanc vexationem, eligat munera conferre: sine quibus, huius quam repidi, & pergit procedunt: ministri hac misera tempestate!

IV. Adverto secundo: Nos hic agere de illis ministris, qui teneantur munus suum exercere: quia vel a Republica, vel a Principe, habent iam stipendium justum assignatum: non vero de illis, qui teneantur quidem ex justitia exercere munus suum, sed dato tamen pretio. Hinc Notarius teneatur ex justitia reddere scripturam, sed dato tamen sibi iusta stipendio: miles teneatur praestari, sed dato stipendio: quis enim militibus suis stipendium unquam? (ait Paulus 1. Corinth. 9. vers. 7.) unde deducit, etiam ministros sacros iulle ab iis, quibus ministrant, alimenta recipere. Hi enim cum iuste recipiant, ad ullam restitutionem procul dubio non teneantur.

V. Similiter nos hic non loquimur, quando minister, est stipendiat, consistat tamen apud prudentes, pretium legis taxatum, iustum non esse: & licet ab initio fuerit iustum, hinc tamen temporibus, quia omnia pretia creverunt, non judicetur sufficiens. Quia tunc poterit plus, intra terminos tamen iusti pretii, recipere, maxime ubi iam valuit consuetudo. Loquimur ergo de recipiente pretium, ultra iustum stipendium, secundum prudentium affirmatorem. Nec loquimur, quando ob extraordinarium laborem, quem adhibere non teneatur minister, vel ob exquisitam diligentiam aliquid recipiat: quia tunc aliquid pro sua industria, & labore pretio estimabili, & ad quem non teneatur, recipere potest. Sed loquimur de eo, qui aliquid recipit in pretium, modo explicato, pro eo, ad quod tenebatur, & pro quo sufficiens habet a Principe stipendium, & quia potest aliquis teneri ad aliquid faciendum, non solum ex justitia, sed etiam ex charitate, vel alius virtutibus; ideo de hoc etiam resolvemus.

§. II.

De Recipiente pro eo, ad quod teneatur ex justitia.

D Ico. Quicumque aliquid accipit, ut faciat vel omittat id, quod ex justitia facere, vel omittere ex justitia teneatur, obligatus est restituere pretium inde receptum. Probatur communi ratione. Quia qui dat in hoc casu, non transfert dominium rei dantis, cum det involuntarie, seu solum det, ut redimat iniquam sui vexationem: quod est dare involuntarie, & sufficit, ut alter, qui injuriam facit, & accipit, non acquirat dominium.

Confirmatur. Usarius certissime teneatur restituere usuras: ergo multo magis qui accipit pretium in casu nostro,

Conf. prob. Usarius teneatur ad restitutionem, quia et si ex justitia commutativa non tenebatur dare mutuum; tenebatur tamen ex justitia commutativa nihil recipere ratione mutui: sed in casu nostro ille, qui accipit pretium, teneatur ex justitia commutativa, non solum non recipere pretium pro re illa, sed etiam rem illam nihil absque mei lesione; & gratis adjudicare, ergo pro eo, quod me laedit, nulla ratione acquirat dominium pretii, sed tenebitur ad restitutionem magis, quam usarius.

VII. Hinc ad restitutionem tenentur sequentes. Iudex pretium recipient, ut justam ferat sententiam, vel ne ferat injustam. Testis aliquid accipiens, ut verum dicat, vel ne falsum profertur testimonium. Sicarius pro non offendendo homine. Fur pro non auferendo alieno pretium accipiens. Ille, qui pretium accipit, ut restituat honorem, & famam, qui, ut legata in testamento restitua solvat, qui, ut depositum reddat, qui, ut rem inventam suo domino restituat. Notarii insuper, Tabelliones, Iudices, ultra taxatum & iustum stipendium, aliquid accipientes. Omnes ministri, quibus bono Communitalis est officio incumbit dispensare, aliquid pro hoc recipientes. Omnes, qui, vel ex testamento, vel mandato alterius teneantur bona inter vivos, vel post mortem distribuere, si aliquid pro tali distributione recipientur. Hi omnes cum teneantur ex justitia illud facere, si taliter se gerant, aut retardando solationem, aut dispensationem, aut sententiam, aut ingrandem molestias iis, quibus illa debentur, sic, ut ad redimendam vexationem involuntarie, & quasi coacte aliquid eis dent, aut relinquunt: teneatur ex justitia restituere, quod acciperunt. Si tamen, pensatis omnibus circumstantiis, appareat, hoc gratiose fuisse illis collatum; posse licite recipere, & retinere, probabile est.

VIII. Dices. Qui dat alicui pretium, ut faciat id, quod facere debet ex justitia, licite dat: sed dare nequit, unum licite dare, & alium injuste recipere, ergo &c. Minor probatur. Tum quia: non solum peccat, qui facie peccatum, sed etiam qui consensit facienti, imo rogat, ac persuadet, ut faciat: sed qui dat pretium, rogat, & persuadet, ut alter accipiat, & faciat: ergo si accipiens injuste accipit, dans illicite dat. Tum ex Leg. 2. ff. de Conditionibus & exceptionibus causam: ubi Ulpianus expresse determinat, quod qui dat pecuniam pro sententia iusta pronuntiatione, crimen contrahit, & punitur liti amissione. Et legibus Regni Castellae cautum est, ne quis Iudici munera offerat.

IX. Respondetur, neg. min. Ad prob. dico, quod qui dat pretium, ut redimat propriam vexationem, vel alienam, non consensit iniquitati recipientis: si recipiens peccet contra justitiam, sine contra illas virtutes: quemadmodum qui dat usuras Usurario, non consensit peccato ipsius; quia hoc facit, ut redimat propriam vexationem: solum in usuras pro pecunia, quia indignat, quis aliter Usurarius eam dare non vult, & ideo non rogat eum, ut peccet, sed ut subveniat propter necessitatem. Quod si rogaret, & pecuniam exhiberet non parato dare ad usuram, vel non omittente actum iustum, procul dubio consensisset iniquitati, & peccaret.

Ad secundum dico, leges illas praesertim liti amissione tum, qui pretium dat Iudici, qui iustitiam, tum dedisse pretium ad pervertendum iudicium, non ad redimendam vexationem.

X. Instabis. Non stat, si monachum venditoris iniuste recipere, & simoniacum emptorem, est id faciat ad redimendam vexationem, non dare illicite pretium; ergo non statibit, Iudicem iniuste recipere pretium, & qui dat non illicite dare.

Respondetur, neg. conf. Nam in materia simoniae, ex dictis, adest praecipuum Christi, & Ecclesiae, non solum, ne quis spiritualia vendat: verum ne quis spiritualia quoquo modo emat: quia hoc est contra naturam spiritualium, quae pretio estimabilia non sunt: non sic in casu. Adde ex supradictis cum Div. Thoma, 2. 2. quae. 100. art. 3. ad 2. quod *Alicuiusquam alicui acquiratur ius in Episcopatu, vel quocumque dignitate, vel praebenda per electionem, vel provisionem, seu collationem: si monachum est, adversantium oblatula pecunia redimere: sit enim pro pecunia parato sibi vium, ad rem spirituale obtinendam: sed postquam ius alicui iam acquisitum est, licet pro pecunia, iniuste impolitum, removere.*

XI. Dices, secundo. Qui iam paratus est facere injuriam Petro, si prece, ac pretio alicujus ab hac injuria desistat, non desistit ab aliquo, quod debetur ex justitia ei, qui dat pretium: quia quod Sicarius in gratiam Pauli desistit ab occidendo Petro, non teneatur ex justitia ergo propter istam gratiam, quam illi fecit, poterit recipere pretium, quin peccet contra justitiam respectu illius.

XII. Propter hoc argumentum Soto, Bannez, & alii censent, quod licet qui recipit pecuniam ab eo, cui debetur actus, vel omisso, peccet contra justitiam; ille tamen, qui recipit pecuniam ab alio extraneo pro executione, vel omissione actus alteri debiti, non peccat contra justitiam. Unde si Iudex, ut sententiam justam pro Petro ferat, accipiat pecuniam a Paulo extraneo, vendit gratiam, quam ille exhibere non tenebatur: quia licet teneatur iuste iudicare, non tamen tenebatur in gratiam illius: quare iniuste non agit. Et dicunt, si recipiat ab extraneo, ut a familiaris, vel amico, quia si munus, aut pecuniam recipere a persona conjunctissima ei, cui ex justitia talis actus debetur, ut est filius respectu Patris, & contra, uxor respectu mariti, & c. converso, frater respectu fratris: cum hi censentur una persona moraliter, idem esset, ac si reciperet ab eo, cui actus ex justitia debetur. Haec opinio probabilis est.

XIII. Tutius tamen, & probabilius negandum est. Er dicendum, adhuc in praedicto casu teneri restituere: quia ex justitia commutativa tenebatur, qui accipit, iustitiam facere, vel iniustitiam non irrogare: ergo accipiendo pretium, a quocumque accipiat, peccat contra justitiam. Tum quia: abique vero titulo accipit. Tum quia: accipit invito dante; non enim alio motivo dat, nisi ut redimat injus tam vexationem proximi, & consequenter non profus voluntarie.

§. III.

De Iudice pecuniam recipiente, quando Justitia est Dubia, & probabilis pro utraque Parte.

D Ubi non modicum esse potest: an cum iustitia est dubia, & probabilis pro utraque parte sententia, ita ut possit Iudex abique iniustitia, quam maluerit eligere; & in utraque inclinare: si accipiat aliquid, ut hanc partem potius eligat, quam aliam, peccet & restituere teneatur. Quod militat etiam de Electoribus, aut Suffraganeis ad cathedras, vel alia officia.

XV. Dico, Iudex, qui in casu propositio aliquid accipere; peccare, & restituere teneatur. Hoc visus est resolvisse Alexander VII. dum hac propositionem, ordine 26. proseripit: *Quando litigantes habent pro se opinionem, non probabilem, post Iudex pecuniam accipere pro favore sententia in favorem unius pra alio: licet autem hoc favore sententia in favorem unius apparet, Iudex non licet pecuniam in dicto casu accipere: infortunio tamen non licet, ita ut teneatur ad restitutionem.* Et proba. Ideo enim in dicto casu non licet pecuniam accipere, quia Iudex ex justitia teneatur gratis licet rotam & integram adjudicare; nimirum, quando ratio probabilis favor uni, aut determinat: quando vero rationes sunt ex utraque parte probabiles, alterutri non enim manere potest suspensus, sed ex justitia teneatur exercere actum suum: sed quando Iudex aliquid accipit pro adjudicanda sententia uni potius, quam alteri, neque adjudicat gratis, & vendit quod sibi vendibile non est, neque dat rotam, quod ex justitia dari debet; ergo peccat contra justitiam, & ad restitutionem tenetur.

Hinc licet ortenus dicat Iudex, se vendere arbitrium suum; revera tamen sententiam vendit, etiamque venalem facit, quam ferre teneatur gratis. Sicut licet Collator Beneficii (dum aliquid accipit) dicat, se vendere arbitrium suum, quo inter aequaliter dignos potest eligere eum, qui sibi maluerit; revera tamen Beneficium vendit: & Usurarius licet afferat, se recipere ultra mutuum aliquid pro favore, & arbitrio; revera tamen vendit usum pecuniae, qui vendibilis non est. Quare Innocentius XI. hanc propositionem, ordine 24. damnavit: *Usura non est, dum ultra mutuum aliquid exigitur, tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum; sed solum si exigitur tamquam ex justitia debitum.*

XVI. Sed dices. Non est contra justitiam accipere aliquid pro re pretio estimabili, quae ex justitia non sit debita: sed adjudicatio licem huius, prae altero, quando rationes utrinque sunt aequo probabiles, non est ex justitia debitum, sed arbitrarium, ergo pro hujusmodi arbitrio aliquid citra iniustitiam accipi potest.

Respondetur, neg. min. nempe, quod pretio estimabile sit in casu, animum alteri praesere. Nam actio, quae debetur ex justitia, non est pretio estimabilis: atqui quod lis uni prae altero adjudicetur, est actio debita ex justitia; ergo non potest pro hac electione aliquid in pretium accipi. Iudex enim, si- cut & Distributor, teneatur ex justitia non solum ad rem grati distribuendam, sed etiam ad ipsam praeselectionem; ergo nec potest aliquid accipere in pretium pro re, quam confert, nec pro ipsa electione. Verum quidem est, quod eligens unum, privatur libertate ad eligendum alterum: at ex munere Iudicis, & Electoris ad hoc obligatur, quod abunde compensatur per gratitudinem, qua electus Electori debeat.

XVII. Replicabis. Iudex adjudicans licet Titio pro Cajjo, amicitia favori Caji, qui possit gratificari, adjudicando illi licet; & confert Titio aliquid, quod est illi utilissimum, quod ad id teneatur; ergo &c.

Respondetur, quod licet Iudex, adjudicando licet Titio, amittat favorem Caji; acquirat tamen favorem Titii, qui ad aliquam gratitudinem tenetur: quo sufficienter compensatur amissio favori Caji. Quia tamen haec praesectio non est pretio estimabilis, ut dicebamus, non trahit in praesectio debitum ex justitia. Sicut actio mutuarii, quia non est pretio estimabilis, quamvis beneficium fit mutuario, cui magnam affert utilitatem; non tamen inducit in eo obligationem justitiae, sed solius gratitudinis, licet mutuator praereligat unum alteri in mutuo: idoque contra justitiam delinqueret, si quid ex praevia conventionem explicita, vel implicita exigeret.

XVIII. Adhuc tamen instabis. Nemo dixerit, factam esse injuriam Titio; cui lis adjudicatur, si ab eo, ob favorem praerelatum, pretium accipiat: quomodo idem limitis datur muneria Iudicibus; ut, quantum intra limites justitiae possunt, suam favorem impendant.

Respondetur, neg. affirmatum. Injuria enim irrogatur Titio, accipiendo ab eo pretium pro praesectio, quae debet esse gratuita: sicut injuria irrogatur mutuario, accipiendo gratuitam propter mutuum; quia neutri actio est pretio estimabilis, propterea venditur, quod vendi non potest. Ad illud de muneribus dico, haec vendit esse dari Iudicibus, non solum jure positivo, sed naturali: etiamfi datur, ut uni potius faveat, quam alteri, intra limites justitiae, nisi esculetia sint, & parvi valoris; & censentur dari omnino liberaliter: Quia Theol. Tom. II.

in quo etiam magna cautela procedendum est. Quare si eo animo accipiantur, ut Iudex implicite obligetur ad favorem aliquem impartiendum donanti; daturonus restituendi, tam si conferatur, quam si denegatur favor: non focus ac mutuator, si accipiat munera eo animo, ut velit impliciti obligari ad mutuum dandum, teneatur restituere.

XIX. Sed infurges. Ut communior fert opinio, non peccat contra justitiam, qui accipit aliquid ad pondendum opus honestum, debitum quidem, sed non ex justitia, ut dicens; puta, ad non blasphemandum, ad audiendum Sacrum in die festo &c. ergo quomvis detur obligatio ex justitia ad judicandi causam alterutri; quia tamen non datur obligatio ex justitia eam adjudicandi Titio potius, quam Cajjo, si accipiat aliquid, ut conferatur potius Titio, quam Cajjo, non committitur iniustitia.

Respo. neg. conf. Nam licet non detur obligatio eligendi potius Titium, quam Cajjum; datur tamen obligatio ex justitia eligendi alterutrum, & confertendi ei gratis favorem electionis: & ideo pro actione, & justitia debita non potest aliquid accipi, quia venderetur, quod suum non est. Sicut, qui debet centum, non potest accipere decem, ut hoc debitum solvat; quia venderet illud jus ad centum, quod erit creditoris; & sic venderet, quod suum non est, sed alienum, nec restitueret centum, sed nonaginta. Quando vero opus debitum est ex alius virtutibus; poterit pretium retineri, quia illud non est alteri debitum; atque adeo si in gratiam alterius ponatur, nemini fit injuria, & in recompensationem laboris poterit aliquid accipi, non focus, ac iuxta communione sententiam, pecunia, quae data est ob turpe facinus, & gratia, ob adulterium; eo parato, potest retineri, non in gratia facinoris, sed laboris, & in compensationem periculi.

XX. Ex supradictis inferitur, Iudicem, nec a tertia persona posse accipere aliquid, ut in pari causa adjudicet licet non potius, quam alteri: imo neque, ut citius expediat causam unius, quam alterius, etiam si ex tali mora alter non patiatur detrimentum. Quamvis enim Layman censent, oppositum solum speculativo non esse damnandum, censeo tamen rationes, quia scilicet ex justitia teneatur Iudex unum, quem maluerit, alteri gratis praesere; quare haec praesectio debita est, nec pretio estimabilis, ut vendibilis: & hoc cohærenter ad propositionem superius relatum, ab Alexandro VII. damnatam.

§. IV.

De Recipiente pretium pro eo, ad quod teneatur ex alius virtutibus.

D Ico primo. Qui recipit pretium pro eo, quod facere, vel omittere debebat non ex justitia, sed ex alius virtutibus (excepta charitate, de qua statim) esto illicite recipiat, tamen restituere non tenetur; quomvis tale pretium non sit oblatum, sed ab ipso petium: ut si recipiat munera, ne juret, aut blasphemet, vel non omitat Sacrum in die festo. Communis fere est assertio. Quia hoc modo, nempe, muneribus parentes solent allicere filios, ut operibus virtutum vacent; Principes invitare Infideles, ut haem suscipiant; amici, confanguinei, ut sibi conjunctos retrahant a peccatis. Et ratio est. Quia tunc talia dona liberaliter, & voluntarie dantur, animo lucrandi proximis, non redimendi vexationem; & sic gratiose profertur, sub conditione licite ab accipiente implenda. Difficultas potius est de recipiente munera, ut faciat, vel omittat id, ad quod tenetur ex charitate. Ad quod.

XXII. Dico secundo. Nec ille, qui recipit pretium, ut faciat opus, ad quod tenetur ex charitate, ad restitutionem est obligatus; peccat tamen. Unde medicus, qui ex charitate tenetur pauperem, aut infirmum curare: si id facere renuat, nisi ab ipso pecuniam recipiat; item qui recipit pecuniam a fure, ne eum prodit; licet peccet contra charitatem, non tamen contra justitiam; ideoque restituere non tenetur. Hanc opinionem, ut probabiliorum, eligo. Quia solum ex violatione justitiae nascitur obligatio restitutionis: sed quando aliquid recipitur, aut etiam exigitur, ob opera ex charitate debita, violatur quidem charitas, sed non justitia, quia recipitur ob aliquid pretio estimabile, & alias non debito ex justitia: & solum ex eo, quod venditur ea, quae ex justitia debentur, oritur debitum restitutionis; ergo &c.

D U B I U M V.

An Possessor Bone Fidei obligetur restituere?

§. I.

Resolutio Dubii.

S Uppono, radicem restitutionis esse rem alienam apud possessorem inventam. Quod aliquando contingit abique injuria actione: ut in possessore bonae fidei, qui rem alienam accipit, & detinet, putans esse suam, ut nesciens esse alienam, ut supra diximus, agentes de praescriptione. Aliquando autem contingit, utramque restitutionis radicem simul conjungi, nempe rem alienam, & injussum actionem; ut in fure, rapto, debito, aut depositario moroso, qui simul, & rem alienam retinet, & per injussum actionem eam occupat: inter quas medius est possessio dubiae fidei, qui utrin-

que pendulus, dicitur, an res sit sua, aliena. In presenti dubio de possessore bonae fidei agitur: de possessore vero male, aut dubie fidei, in sequenti. Hoc prae oculis habentes, per possessorem bonae fidei nos illum intelligere hic, qui absque conscientia peccati, scilicet moralis, rem aliquam possidet; quia inconvincibiliter ignorat, eam esse alienam. Per possessorem male fidei illum fumimus, qui vel scienter rem alienam accipit, aut dicitur; vel cum ignorantia culpabilis, & affectata sufficienti, ut in talis rei detentione mortaliter peccet.

II. Suppono, possessorem bonae fidei, quomodo in bona fide maneat, posse rem alienam detinere, consumere, ac vendere: quia inconvincibiliter putat, se verum dominum illius habere. Mox tamen, ut rem alienam esse cognoverit, eam reddere vero domino tenetur (deductis expensis, quas in ejus conservatione consumpsit) nisi tempus prescriptionis tranierit; quia hoc elapso, eam sibi retinere potest: factus est enim versus ejus dominus, ut supra diximus. Quod si post talem notitiam in mora fuerit, culpabilis redditur; & illam non possidet amplius tamquam possessor bonae fidei, nisi forte convincibiliter ignoraret, se ad hoc teneri.

Posita ergo utraque notitia, & rem esse alienam, & teneri, debet rem integram domino reddere: si illam contractu lucrativo, sive oneroso dato pretio comparaverit; quia dominus non fuit causa, quod ipse pretium pro ea dederit. Et ob id dominum vel suum non amittit. Proindeque furtum committeret, qui talem rem, a se emptam, vero domino non restitueret; quia rei alienae detentione, invito domino, furtum equiparatur. Nec ipse potest a domino pretium exigere, quia dominus non tenetur rem suam emere, vel dato pretio redimere; sed tale pretium debet a venditore repetere, contra quem duntaxat habet actionem.

III. Quod si durante bona fide rem quis consumpsit, aut distinxit, vel ipsa casu perierit, etiam culpa sua, vel si ea eodem pretio, vel si minori quam emerat, vendidit; si postea rem alienam esse rescierit, ad nullam restitutionem tenetur; quia, nec ex iniusta actione contraxit hoc debitum, quam non supponimus; quia bona fide, putans rem esse suam, procegit; neque ex re aliena, quae apud ipsum amplius non est. Si vero, licet non sit apud ipsum in re, sit tamen in suo equivalente; quia nimirum illa re, vel usu, aut fructibus factus est ditior; reddere tenebitur id, in quo ditior factus est, quia in tali augmento res aliena virtute manet. *Leg. item vinorum, §. Draxer hoc. Et Leg. si C. rem, §. pretium, ff. de hereditatis petitione.* Hinc regula juris est: quod quicumque solum rationi rei acceptae restitutioni subicitur; tenetur rem, seu quod illius habet, & quidquid, quo per ipsam factus est ditior, restituere. Quare si rem donatam accepit, & eam vendidit, totum pretium restituere tenetur, deductis expensis; nisi ipsum fuerit prescriptionis tempus. Si eam alteri donavit parces nisi bonis, tenetur de proprio satisfacere; vel eam a donatario recuperare. Si eam vendidit plures, quam emisit, vel condixisset, factus est locupletior; & tenetur restituere pro usu equi; sicut etiam si equi tibi a latrone donati usum alteri locali; id, quo factus est ditior, tenetur restituere, deductis tamen expensis. Item si a latrone inivitas furtivas efesus bona fide comedisti; si aliquod domus pro commitione insumpsisses, tenetur quantum insumpsisses restituere; si vero nil insumpsisses quia non es factus ditior, ad nil tenetur.

Idem dico, si rem alienam in ludo consumpsisset, in quo non esset de tuo consumpturus; si expensas majores fecisset, quas alias non esses facturus; si alienam hereditatem bona fide non possidisses: nil enim restituere tenetur, nisi id, quod de tuo expendisses. Quia eodem occasione rei alienae id feceris; quod non fecisses, & modum vivendi mutaveris; nil tamen amplius post consumptionem in tuis bonis reperis, quam habueras esses, si talem rem non accepisses, nec ex ea factus es ditior.

IV. At quomodo gerere se debet possessor bonae fidei, dum vult restituere fructus perceptos a re, quam tenet esse alienam? Fructus rei sunt pure naturales, alii industriales, & alii mixti. Naturales sunt, qui ex re, absque ulla humana industria, naturaliter prodeunt; ut herba pratorum, & glandes quereum, fructus arborum, & plures fetus. Industriales sunt, qui industria hominum comparantur, ut ipsa re utantur, ut instrumentum ad illos comparandos; ut si alieno instrumento artefactum laboraveris, lucerna ex apositione grati, vel ex negotiatione alienae pecuniae reportaveris. Mixti sunt, qui partim naturaliter, partim ex humana industria nascuntur; ut fructus vinearum, segetes, fructus agrorum, qui colluntur, lac, fetus, lana, quae ex gregibus, juncto hominum labore in eis alendis, & curandis habentur; & etiam vectura navium, & jumentorum, merces rerum locatarum. Hi autem fructus, qui partim a natura, partim ab industria humana proficiunt, iudicandi sunt ab eo, quod in illis praevalet. Si enim minus industria, quam natura operetur,

naturales dicuntur; si magis industria, quam natura, industriales. Et ideo de his, in quibus natura praevalet, idem iudicium sciendum est, ac de naturalibus; de his vero, in quibus praevalet industria, idem, ac de industrialibus: si vero modum esse tritici alieni; non tenetur in conscientia restituere illud modum, vel pretium, vel id, in quo factus est ditior.

X. Sed dices contra nostrum Afferum. Latro, qui habet aliam pecuniam, praeter furtivam, sicut dicit pecuniam furtivam, ille, qui respicit, non tenetur restituere; ergo neque si ab eo recipias pecuniam alienam.

Respondedo, neg. conf. (nisi aliis certus esse, latronem dedisse pecuniam de suo). Quia pecunia aliena cum sit dominum, qui non perdidit dominium ejus, per se primo est restituenda, vel alia defectum ejus; unde semper est cum tali onere ubicumque reperiatur: non sic pecunia propria.

XI. Dico secundo. Qui bona fide aliquid consumpsibile a fure accepit, non tenetur restituere ratione iniusta acceptationis; ut suppono: neque ratione rei acceptae quia suppono, eam amplius non extare, sed esse consumptam; ergo non tenetur.

Respondedo, teneri ratione ejus, in quo ditior factus est; unde qui bona fide accepit triticum, & consumpsit, tenetur restituere tantum, quantum de tritico suo consumpsurus fuisset, ut supra diximus.

XII. Sed contra. In rebus consumptibilibus versus dominus non habet jus petendi eandem numero rem, sed similem, vel ejusdem pretii: sed res similis, & ejusdem pretii manet apud latronem, quem supponimus habere, unde possit restituere; ergo qui eam accepit, non tenetur.

Respondedo, quod est in rebus consumptibilibus non sic obligatio restituendi eandem rem, sed sufficit restituere rem aequalis valoris: quia tamen res ipsa dum extat, clamat ad dominum, & si non sit, alio res clament in substitutionem illius; idcirco dominus per se habet jus ad suam rem, ubi-que fuerit, vel ad aequalis loco ejus; si non extat; nisi prius reportet de bonis suis et satisfecerit. Qui tamen accepit, habet jus, & actionem contra furem, ut sibi restituat id, quod furtive illi tradiderat.

XIII. Sed quid, si res aliena bona, vel mala fide accepta, non erat usu consumptibilis, puta equus, pictura &c. tenetur tibi, qui accepit, eandem numero restituere; an vero facit esse restituendum? Respondedo, nisi deum rationabilis causa, non sufficere pretium rei non consumptibilis domino restituere; si extet; sed restituendum esse rem ipsam. Non enim potest possessorem unum pro altero commutare, invito domino. *Leg. Mani, ff. jura, Cod. de Solutionibus.* Quia res extans, sub dominio prioris domini manet; & ipse non est cogendus suam rem vendere, aut commutare; maxime quia multoties plus valet res, & propter specialem affectum, & estimationem sui domini. Si vero rationabilis causa sit non reddendi eandem rem suo domino; puta, ne delictum suum maneat, vel aliquid grave simetur; iudicio prudentis poterit restituere aequalis valoris, pensata etiam, & compensata estimatione, & affectu domini; secundum quem rem suam plus vendere sperat.

XIV. Circa fructus vero ex re furtiva procedentes, dictum est supra: nempe, possessorem bonae fidei teneri omnes fructus naturales, in quibus factus est ditior, restituere; non vero industriales. Ratio primi summa allata est: Quis fructus naturalis, rei, & res, quod attinet ad humanae conventiones, pro eodem computatur; & secundam formam commutativae iustitiae debet subtrahi ab eo, qui habet ultra id, quod suum est; qui autem ex fructibus rei alienae ditior factus est, habet ultra id, quod suum est.

XXI. Respondeo ad omnia. Ad primum, quod emptor male fidei tenetur restituere, non solum ratione rei acceptae, sed etiam ratione iniustae acceptationis; graviter in super peccavit; rem furtivam scienter emendo, quod in emptore bonae fidei non contingit.

certum est, tale dominum acquiri in conscientia: non enim video, quomodo qui, etiam bona fide, a latrone accepit duo modia tritici, & miscuit cum suo, ac postea restituit, unum modium esse tritici alieni; non teneatur in conscientia restituere illud modum, vel pretium, vel id, in quo factus est ditior.

X. Sed dices contra nostrum Afferum. Latro, qui habet aliam pecuniam, praeter furtivam, sicut dicit pecuniam furtivam, ille, qui respicit, non tenetur restituere; ergo neque si ab eo recipias pecuniam alienam.

Respondedo, neg. conf. (nisi aliis certus esse, latronem dedisse pecuniam de suo). Quia pecunia aliena cum sit dominum, qui non perdidit dominium ejus, per se primo est restituenda, vel alia defectum ejus; unde semper est cum tali onere ubicumque reperiatur: non sic pecunia propria.

XI. Dico secundo. Qui bona fide aliquid consumpsibile a fure accepit, non tenetur restituere ratione iniusta acceptationis; ut suppono: neque ratione rei acceptae quia suppono, eam amplius non extare, sed esse consumptam; ergo non tenetur.

Respondedo, teneri ratione ejus, in quo ditior factus est; unde qui bona fide accepit triticum, & consumpsit, tenetur restituere tantum, quantum de tritico suo consumpsurus fuisset, ut supra diximus.

XII. Sed contra. In rebus consumptibilibus versus dominus non habet jus petendi eandem numero rem, sed similem, vel ejusdem pretii: sed res similis, & ejusdem pretii manet apud latronem, quem supponimus habere, unde possit restituere; ergo qui eam accepit, non tenetur.

Respondedo, quod est in rebus consumptibilibus non sic obligatio restituendi eandem rem, sed sufficit restituere rem aequalis valoris: quia tamen res ipsa dum extat, clamat ad dominum, & si non sit, alio res clament in substitutionem illius; idcirco dominus per se habet jus ad suam rem, ubi-que fuerit, vel ad aequalis loco ejus; si non extat; nisi prius reportet de bonis suis et satisfecerit. Qui tamen accepit, habet jus, & actionem contra furem, ut sibi restituat id, quod furtive illi tradiderat.

XIII. Sed quid, si res aliena bona, vel mala fide accepta, non erat usu consumptibilis, puta equus, pictura &c. tenetur tibi, qui accepit, eandem numero restituere; an vero facit esse restituendum?

Respondedo, nisi deum rationabilis causa, non sufficere pretium rei non consumptibilis domino restituere; si extet; sed restituendum esse rem ipsam. Non enim potest possessorem unum pro altero commutare, invito domino. *Leg. Mani, ff. jura, Cod. de Solutionibus.* Quia res extans, sub dominio prioris domini manet; & ipse non est cogendus suam rem vendere, aut commutare; maxime quia multoties plus valet res, & propter specialem affectum, & estimationem sui domini. Si vero rationabilis causa sit non reddendi eandem rem suo domino; puta, ne delictum suum maneat, vel aliquid grave simetur; iudicio prudentis poterit restituere aequalis valoris, pensata etiam, & compensata estimatione, & affectu domini; secundum quem rem suam plus vendere sperat.

XIV. Circa fructus vero ex re furtiva procedentes, dictum est supra: nempe, possessorem bonae fidei teneri omnes fructus naturales, in quibus factus est ditior, restituere; non vero industriales. Ratio primi summa allata est: Quis fructus naturalis, rei, & res, quod attinet ad humanae conventiones, pro eodem computatur; & secundam formam commutativae iustitiae debet subtrahi ab eo, qui habet ultra id, quod suum est; qui autem ex fructibus rei alienae ditior factus est, habet ultra id, quod suum est.

XXI. Respondeo ad omnia. Ad primum, quod emptor male fidei tenetur restituere, non solum ratione rei acceptae, sed etiam ratione iniustae acceptationis; graviter in super peccavit; rem furtivam scienter emendo, quod in emptore bonae fidei non contingit.

Ad secundam, dist. maj. In his, quae sunt sibi propria, conc. maj. In his, quae sunt aliena, nego maj. & sic distinguitur min. neg. conf. Sicut enim Commodatarius, lapsio termino commodati, tenetur etiam cum proprio damno, si id sequatur, restituere; si ex non restitutione dominus patitur aequale damnum: ita in casu. Quod etiam Adversarius concedere tenetur: dum dicitur, quod si res illa furtiva non possit restituere furi; emptor tenetur, etiam cum suo gravi damno, restituere vero domino: damnum vero, quod patitur emptor, ipsi est imputandum, quod contraxerit cum inceptis.

Ad tertiam, dist. conf. Si non cedere, in damnum alterius, conc. conf. Secus, nego consequentiam. Ex hoc ergo, quod contractus sit iniustus; sequitur quidem, quod emptor bonae fidei possit agere contra furem, & ab eo repetere pretium; non tamen, quod non teneatur restituere rem emptam vero domino.

Ad quartam, admitto utramque estumam si tamen illa reditio liberi, & restitio rei in platea fiat in eodem instanti, quasi morali; quia tunc, moraliter loquendus, nondum possit disse confensus est, qui ea accepit. Et idem dicitur in casu presenti, si ita exponitur. Verum in his casibus pensanda erunt circumstantiae rei emptae, & inventae; & secundum illas arbitrio Prudentum iudicandum.

XXII. Querens alterius: An Petrus, qui bona fide emit rem furtivam, & in eadem bona fide perseverans vendidit illam